

**CIHM
Microfiche
Series
(Monographs)**

**ICMH
Collection de
microfiches
(monographies)**



Canadian Institute for Historical Microreproductions / Institut canadien de microreproductions historiques

© 1994

Technical and Bibliographic Notes / Notes techniques et bibliographiques

The Institute has attempted to obtain the best original copy available for filming. Features of this copy which may be bibliographically unique, which may alter any of the images in the reproduction, or which may significantly change the usual method of filming, are checked below.

L'Institut a microfilmé la meilleur exemplaire qu'il lui a été possible de se procurer. Les détails de cet exemplaire qui sont peut-être uniques du point de vue bibliographique, qui peuvent modifier une image reproduite, ou qui peuvent exiger une modification dans la méthode normale de filmage sont indiqués ci-dessous.

- Coloured covers/
Couverture de couleur
- Covers damaged/
Couverture endommagée
- Covers restored and/or laminated/
Couverture restaurée et/ou pelliculée
- Cover title missing/
Le titre de couverture manque
- Coloured maps/
Cartes géographiques en couleur
- Coloured ink (i.e. other than blue or black)/
Encre de couleur (i.e. autre que bleue ou noire)
- Coloured plates and/or illustrations/
Planches et/ou illustrations en couleur
- Bound with other material/
Relié avec d'autres documents
- Tight binding may cause shadows or distortion
along interior margin/
La reliure serrée peut causer de l'ombre ou de la
distorsion le long de la marge intérieure
- Blank leaves added during restoration may appear
within the text. Whenever possible, these have
been omitted from filming/
Il se peut que certaines pages blanches ajoutées
lors d'une restauration apparaissent dans le texte,
mais, lorsque cela était possible, ces pages n'ont
pas été filmées.

- Coloured pages/
Pages de couleur
- Pages damaged/
Pages endommagées
- Pages restored and/or laminated/
Pages restaurées et/ou pelliculées
- Pages discoloured, stained or foxed/
Pages décolorées, tachetées ou piquées
- Pages detached/
Pages détachées
- Showthrough/
Transparence
- Quality of print varies/
Qualité inégale de l'impression
- Continuous pagination/
Pagination continue
- Includes index(es)/
Comprend un (des) index

Title on header taken from: /
Le titre de l'an-tête provient:

- Title page of issue/
Page de titre de la livraison
- Caption of issue/
Titre de départ de la livraison
- Masthead/
Générique (périodiques) de la livraison

- Additional comments: /
Commentaires supplémentaires:

This item is filmed at the reduction ratio checked below/
Ce document est filmé au taux de réduction indiqué ci-dessous.

10X	12X	14X	16X	18X	20X	22X	24X	26X	28X	30X	32X
					✓						

The copy filmed here has been reproduced thanks to the generosity of:




National Library of Canada

The images appearing here are the best quality possible considering the condition and legibility of the original copy and in keeping with the filming contract specifications.

Original copies in printed paper covers are filmed beginning with the front cover and ending on the last page with a printed or illustrated impression, or the back cover when appropriate. All other original copies are filmed beginning on the first page with a printed or illustrated impression, and ending on the last page with a printed or illustrated impression.

The last recorded frame on each microfiche shall contain the symbol \rightarrow (meaning "CONTINUED"), or the symbol ∇ (meaning "END"), whichever applies.

Maps, plates, charts, etc., may be filmed at different reduction ratios. Those too large to be entirely included in one exposure are filmed beginning in the upper left hand corner, left to right and top to bottom, as many frames as required. The following diagrams illustrate the method:



L'exemplaire filmé fut reproduit grâce à la générosité de:

Bibliothèque nationale du Canada

Les images suivantes ont été reproduites avec le plus grand soin, compte tenu de la condition et de la netteté de l'exemplaire filmé, et en conformité avec les conditions du contrat de filmage.


Les exemplaires originaux dont la couverture en papier est imprimée sont filmés en commençant par le premier plat et en terminant soit par la dernière page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration, soit par le second plat, selon le cas. Tous les autres exemplaires originaux sont filmés en commençant par la première page qui comporte une empreinte d'impression ou d'illustration et en terminant par la dernière page qui comporte une telle empreinte.

Un des symboles suivants apparaîtra sur la dernière image de chaque microfiche, selon le cas: le symbole \rightarrow signifie "A SUIVRE", le symbole ∇ signifie "FIN".

Les cartes, planches, tableaux, etc., peuvent être filmés à des taux de réduction différents. Lorsque le document est trop grand pour être reproduit en un seul cliché, il est filmé à partir de l'angle supérieur gauche, de gauche à droite, et de haut en bas, en prenant le nombre d'images nécessaire. Les diagrammes suivants illustrent la méthode.


MICROCOPY RESOLUTION TEST CHART


(ANSI and ISO TEST CHART No. 2)



APPLIED IMAGE Inc

1853 East Main Street
Rochester, New York 14609 USA
(716) 482 - 0300 - Phone
(716) 288 - 5989 - Fax





EXERCISES
IN
LATIN SIGHT TRANSLATION

BY
J. HENDERSON, M.A.
AND
J. FLETCHER, M.A., LL.D.

FIRST SERIES
(Based on Caesar, De Bell. Gall.)

TORONTO
THE COPP, CLARK COMPANY, LIMITED

PA2087

H37

Entered according to Act of the Parliament of Canada, in the year one thousand nine hundred and one, by THE COFF, CLARK COMPANY, LIMITED, in the Office of the Minister of Agriculture.

EXERCISES
IN
LATIN SIGHT TRANSLATION.

I.

Gaul and its peoples (Caes., Bell. Gall., I., 1).

GALLIA est omnis divisa in partes tres, quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam, qui ipsorum lingua Celtae, nostra Galli, appellantur. Hi omnes lingua, institutis, legibus inter se differunt. Gallos ab Aquitanis Garumna flumen, a Belgis Matrona¹ et Sequana² dividit. Horum omnium fortissimi sunt Belgae, propterea quod a cultu³ atque humanitate⁴ provinciae longissime absunt, minimeque ad eos mercatores saepe⁵ comitant,⁶ atque ea, quae ad effeminandos animos pertinent, important, proximique sunt Germanis, qui trans Rhenum incolunt, quibuscum continenter bellum gerunt. Qua de causa Helvetii quoque reliquos Gallos virtute praecedunt, quod fere quotidianis⁷ proeliis cum Germanis continent, cum aut suis finibus eos⁸ prohibent, aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt.

¹inhabit. ²the Marne. ³the Seine. ⁴mode of life. ⁵civillization. ⁶minime saepe=very seldom. ⁷go, resort. ⁸daily. ⁹the Germans.

II.

Orgetorix persuades the Helvetii to leave their homes (Caes., Bell. Gall., I., 2).

Apud Helvetios longe nobilissimus et ditissimus fuit Orgetorix. Is, Marco Messala et Marco Pisone consulibus, regni cupiditate inductus, coniurationem¹ nobilitatis facit et civitati persuasit, ut de finibus suis cum omnibus copiis exirent: (dixit) perfacile esse, cum virtute omnibus praestarent, totius Galliae imperio potiri. Id hoc facilius eis persuasit quod undique loci naturam Helvetii continentur²: una ex³ parte flumine Rheno, latissimo atque altissimo, qui agrum Helvetium a Germanis dividit: altera ex parte monte Iura altissimo, qui est inter Sequanos et Helvetios; tertia, lacu Lemanno et flumine Rhodano, qui Provinciam nostram ab Helvetiis dividit.

¹conspiracy. ²are confined by the character of their country. ³on.

III.

Caesar overtakes a part of the Helvetii and defeats them (Caes., Bell. Gall., I., 12).

Flumen est Arar,¹ quod per fines Aeduorum et Sequānorum in Rhodānum influit, incredibili lenitate, ita ut oculis, in utram partem² fluat, iudicari non possit. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis transibant. Ubi per exploratores Caesar certior factus est, tres iam copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim reliquam esse, de³ tertia vigilia cum legionibus tribus e castris profectus ad eam partem pervenit, quae nondum flumen transierat. Eos impeditos et inopinantes⁴ aggressus magnam eorum partem concidit⁵; reliqui fugae sese mandavērunt atque in proximas silvas abdidērunt.

¹the Saône. ²direction. ³in the course of. ⁴off their guard. ⁵cut to pieces.

IV.

Caesar meets a reverse and follows the Helvetii cautiously (Caes., Bell. Gall., I., 15).

Postero die castra ex eo loco movent. Idem facit Caesar equitatumque omnem ad numerum quatuor millium, quem ex omni Provincia et Aeduis atque eorum sociis coactum¹ habebat, praemittit, qui videant, quas in partes hostes iter faciant. Qui cupidius² novissimum agmen³ insecuri alieno⁴ loco cum equitatu Helvetiorum proelium committunt; et pauci de nostris cadunt. Quo proelio sublatis⁵ Helvetii, quod quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius subsistere (*stand*) nonnumquam et novissimo agmine nostros lacessere coeperunt. Caesar suos a proelio continebat, ac satis habebat in praesentia hostem rapinis, pabulationibus populationibusque prohibere. Ita dies circiter quindecim iter fecerunt, ūti⁶ inter novissimum hostium agmen et nostrum primum non amplius quinque aut sex millibus passuum interesset.

¹collected. ²too eagerly. ³the rear. ⁴unfavorable. ⁵elated: perf. part. pass. of *tollo*. ⁶uti=ut.

V.

Caesar advances against the enemy (Caes., Bell. Gall., I., 21).

Eodem die ab exploratoribus certior factus hostes sub monte consedissee millia passuum ab ipsius castris octo, qualis esset natura

montis et qualis ascensus, qui cognoscerent, misit. Renuntiatum est facilem esse. De tertia vigilia Titum Labienum legatum cum duabus legionibus et iis ducibus, qui iter cognoverant, summum iugum montis ascendere iubet; quid sui consilii sit ostendit. Ipse de quarta vigilia eodem itinere, quo hostes ierant, ad eos contendit equitatumque omnem ante se mittit. Publius Considius, qui rei militaris peritissimus habebatur¹ et in exercitu Lucii Sullae et postea in Marci Crassi fuerat cum exploratoribus praemittitur.

¹consider.

VI.

Caesar prepares for battle with the Helvetii (Caes., Bell. Gall., I., 24).

Postquam id animadvertit, copias suas Caesar in proximum collem subducit, equitatumque, qui sustineret hostium impetum, misit. Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quattuor veteranarum, ita uti supra se in summo iugo duas legiones, quas in Gallia citeriore proxime¹ conscripserat, et omnia auxilia collocaret, ac totum montem hominibus compleret; interea sarcinas in unum locum conferri et eum ab his, qui in superiore acie constiterant,² muniri iussit. Helvetii cum omnibus suis carris³ secuti impedimenta in unum locum contulerunt; ipsi confertissima acie, reiecto nostro equitatu et phalange facta, sub⁴ primam nostram aciem successerunt.

¹very recently. ²had taken up their position. ³cart. ⁴up to.

VII.

Caesar marches against the Belgae (Caes., Bell. Gall., II., 2).

His nuntiis litterisque commotus Caesar duas legiones in citeriore Gallia novas conscripsit, et inita aestate, in interiorem Galliam qui deduceret, Quintum Pedium legatum misit. Ipse, cum primum pabuli copiã esse inciperet, ad exercitum venit. Dat negotium Senonibus reliquisque Gallis, qui finitimi Belgis erant, uti ea, quae apud eos gerantur, cognoscant seque de his rebus certiolem faciant. Hi constanter omnes nuntiaverunt manus cogi¹, exercitum in unum locum conduci. Tum vero dubitandum² non existimavit, quin ad

eos proficisceretur. Re frumentaria comparata castra movet diebusque circiter quindecim ad fines Belgarum pervenit.

¹muster. ²supply sibi esse: that he should delay.

VIII.

Caesar marches to relieve the Remi (Caes., Bell. Gall., II., 7).

Eo de media nocte Caesar, iisdem ducibus usus,¹ qui nuntii ab Iccio venerant, Numidas et Crétas sagittarios et funditores Balaeres subsidio oppidanis mittit; quorum adventu et² Remis studium propugnandi³ accessit,⁴ et hostibus eadem de causa spes potiendi⁵ oppidi discessit. Itaque paulisper⁶ apud oppidum morati agrosque Remorum depopulati, omnibus vicis aedificiisque, quos adire poterant, incensis, ad castra Caesaris omnibus copiis contenderunt et ab millibus passuum minus duobus⁷ castra posuerunt; quae castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum octo in latitudinem patebant.

¹employing the same persons as guides. ²both. ³beat off (the enemy). ⁴come to gain (+gen.). ⁵a short time. ⁶less than two miles off.

IX.

Caesar marches against the Nervii (Caes., Bell. Gall., II., 16).

Cum per eorum fines triduum¹ iter fecisset, inveniebat ex captivis Sabim² flumen ab castris suis non amplius millia passuum decem abesse: trans id flumen omnes Nervios consedissee adventumque ibi Romanorum exspectare unā cum Atrebatibus et Veromanduis finitimis suis—nam his utrisque persuaserant ūti eandem belli fortunam experirentur³; exspectari etiam ab his Aduatucorum copias atque esse in itinere: mulieres, quique per aetatem ad pugnam inutiles viderentur, in eum⁴ locum coniecisse,⁵ quo⁶ propter paludes exercitui aditus non esset:

¹for three days. ²the Sambre. ³try, await. ⁴a. ⁵station; sc. eos. ⁶to which.

X.

Caesar's soldiers equal to an emergency (Caes., Bell. Gall., II., 20).

Caesari omnia uno tempore erant agenda: vexillum proponendum,¹ quod erat insigne² cum ad arma concurrere oporteret, signum tubā dandum, ab opere³ revocandi milites, ii, qui paulo longius aggeris

petendi⁴ causa processerant, arcessendi, acies instruenda, milites cohortandi. Quarum rerum magnam partem temporis brevitatis et incursus hostium impediēbat. His difficultatibus duae res erant subsidio, scientia atque usus militum, quod superioribus proeliis exercitati, quid fieri oporteret, ipsi sibi praescribere⁵ poterant, et quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere, nisi munitis castris, vetuerat.

¹the standard had to be advanced (sc. fuit). ²signal. ³their work. ⁴of seeking material for the mound. ⁵to direct themselves.

XI.

A thanksgiving is decreed at Rome in honor of Caesar (Caes., Bell. Gall., II., 35).

His rebus gestis omni Gallia pacata,¹ tanta huius belli ad barbaros opinio perlata est, uti ab his nationibus, quae trans Rhenum incolebant, mitterentur legati ad Caesarem, qui se obsides daturas, imperata facturas pollicerentur; quas legationes Caesar, quod in Italiam Illyricumque properabat, inita proxima aestate ad se reverti iussit. Ipse in Carnutes, Andes, Turonesque, quae civitates propinquae his locis erant, ubi bellum gesserat, legionibus in hiberna deductis, in Italiam profectus est. Ob easque res ex literis Caesaris dies quindecim supplicatio decreta est, quod ante id tempus accidit nulli.

¹pacify.

XII.

A new route into Italy (Caes., Bell. Gall., III., 1).

Cum in Italiam proficisceretur Caesar, Servium Galbam cum legione duodecima et parte equitatus in Veragros misit, qui ab finibus Allobrogum ad summas Alpes pertinent. Causa mittendi fuit, quod iter per Alpes, quo magno cum periculo magnisque cum portoriiis¹ mercatores ire consueverant, patefieri volebat. Huic permissis, si opus esse arbitraretur, uti in eis locis legionem hiemandi causam² collocaret. Galba, secundis aliquot proeliis factis castellisque compluribus eorum expugnatis, missis ad eum undique legatis obsidibusque datis et pace facta, constituit cohortes duas ibi collocare et ipse cum reliquis eius legionis cohortibus in vico Veragrorum,

qui appellatur Octodurus, hiemare ; qui vicus positus in valle, non magnā adiectā¹ planitie, altissimis montibus undique continetur.

¹tolls. ²for the purpose of wintering. ³being near.

XIII.

The Romans saved by a sortie (Caes., Bell. Gall., III., 5).

Cum iam amplius horis sex continenter pugnaretur ac non solum vires, sed etiam tela nostros deficerent, atque hostes acrius instarent languidioribusque nostris¹ vallum scindere et fossas complere coepissent, resque esset iam ad extremum perducta casum,² Publius Sextius Baculus, quem Nervico proelio compluribus confectum vulneribus diximus, et item Caius Volusenus, vir et consilii magni et virtutis, ad Galbam accurrunt atque unam esse spem salutis docent, si eruptione factā extremum auxilium³ experirentur. Itaque convocatis centurionibus celeriter militibus imperat, ut paulisper intermitterent proelium. ac tantummodo tela missa exciperent⁴ seque ex labore reficerent. post dato signo ex castris erumperent atque omnem spem salutis in virtute ponerent.

¹as our men grew feebler. ²and when the battle had been brought to a final crisis. ³last resource. ⁴i. e., on their shields.

XIV.

Caesar's motives for making war (Caes., Bell. Gall., III., 10).

Erant hae difficultates belli gerendi,¹ quas supra ostendimus, sed multa Caesarem tamen ad id bellum incitabant : iniuriae retentorum equitum Romanorum, rebellio facta post deditionem, defectio datis obsidibus, tot civitatum coniuratio, in primis,² ne, hac parte³ neglecta, reliquae nationes idem sibi licere arbitrarentur. Itaque cum intellexeret omnes fere Gallos novis rebus studere et ad bellum celeriter excitari, omnes autem homines naturā libertati studere et condicionem servitutis odisse, priusquam plures civitates conspirarent,⁴ partiendum sibi ac latius distribuendum exercitum putavit.

¹in making war. ²supply timor. ³district. ⁴joined the league.

XV.

A naval battle (Caes., Bell. Gall., III., 14).

Compluribus expugnatis oppidis, Caesar, ubi intellexit frustra tantum laborem sumi neque hostium fugam captis oppidis reprimi,

statuit exspectandam classem. Quae ubi convēnit ac primum ab hostibus visa est, circiter ducentae et viginti naves eorum paratissimae atque omni genere armorum ornatissimae¹ profectae ex portu nostris adversae constiterunt²: neque satis Bruto, qui classi praeerat, constabat,³ quam rationem pugnae insisterent.⁴ Una erat magno usui res praeparata a nostris, falces⁵ praeacutae. His cum funes, qui antennas⁶ ad malos destinabant,⁷ comprehensi adductique⁸ erant, navigio⁹ remis incitato prae rumpebantur.¹⁰ Quibus abscissis, antennae necessario concidebant, ut, cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque¹¹ consisteret,¹² his ereptis, omnis usus¹³ navium uno tempore eriperetur.

¹equipped. ²take up position. ³it was not very clear. ⁴they should adopt. ⁵hook. ⁶yard-arm. ⁷make fast. ⁸draw tight. ⁹ship. ¹⁰break off. ¹¹tackle. ¹²centre. ¹³control.

XVI.

Disastrous defeat of the Gauls (Caes., Bell. Gall., III., 19).

Locus erat castrorum editus,¹ et paulatim ab imo acclivis² circiter passus mille. Huc magno cursu hostes contenderunt, ut quam minimum spatii³ ad se colligendos armandosque Romanis daretur, exanimatique⁴ pervenerunt. Sabinus, suos hortatus, signum dat. Impeditis hostibus propter ea, quae ferebant, onera, subito duabus portis eruptionem fieri iubet. Factum est (*the result was*) opportunitate loci, hostium inscientia ac defatigatione, virtute militum, superiorum pugnarum exercitatione, ut ne unum quidem nostrorum impetum ferrent ac statim terga verterent. Quos impeditos integris viribus milites nostri consecuti magnum numerum eorum occiderunt; reliquos equites nostri consecrati paucos reliquerunt.⁵ Civitates omnes se statim dederunt. Nam, ut ad bella suscipienda Gallorum alacer ac promptus est animus, sic mollis ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorum est.

¹high. ²loping. ³time. ⁴out of breath. ⁵leave alive.

XVII.

The murder of Tasgetius (Caes., Bell. Gall., V., 25).

Erat in Carnutibus summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant. Huic Caesar pro eius virtute atque in se benevolentia, quod in omnibus bellis singulari eius

operā fuerat usus, maiorum locum restituerat. Tertium iam hunc annum regnantem inimici multis palam ex¹ civitate auctoribus² interfecerunt. Defertur ea res ad Caesarem. Ille veritus, quod ad plures³ pertinebat, ne civitas eorum deficeret, Lucium Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare, quorumque operā cognoverat Tasgetium interfectum, eos comprehensos ad se mittere. Interim ab omnibus legatis quibus legiones tradiderat, certior factus est, in hiberna perventum⁴ locumque hibernis esse munitum.

¹in. ²abettor. ³very many. ⁴supply esse = that the troops had reached.

XVIII.

Cotta opposes leaving the camp (Caes., Bell. Gall., V, 28).

Itaque ad consilium rem deferunt, magnaue inter eos existit controversia. Lucius Cotta compluresque tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere agendum neque ex hibernis iniussu¹ Caesaris discedendum existimabant; quantavis copias etiam Germanorum sustineri posse munitis hibernis docebant: rem² esse testimonio, quod primum hostium impetum multis ultro vulneribus inlatis³ fortissime sustinuerint; re frumentaria se non premi; interea et ex proximis hibernis et a Caesare conventura subsidia; postremo quid esse levius aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?

¹without the order. ²fact. ³inflat.

XIX.

The Romans decide to leave their camp (Caes., Bell. Gall., V., 31).

Consurgitur ex consilio; orant milites, ne dissensione et pertinacia rem in summum periculum deducant: facilem esse rem, seu manent, seu proficiscantur, si modo unum omnes sentiant; contra in dissensione nullam se salutem perspicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur. Tandem dat¹ Cotta permotus manus: superat sententia Sabini. Pronuntiat se prima luce ituros. Consumitur vigiliis reliqua pars noctis, cum sua quisque miles circumspiceret, quid secum portare posset, quid ex instrumento² hibernorum relinquere cogeretur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut

quibus esset persuasum, non ab hoste, sed ab homine amicissimo consilium datum, longissimo agmine maximisque impedimentis.

¹dat manus, gives in. ²equipment.

XX.

The massacre (Caes., Bell. Gall., V., 37).

Sabinus, quos in praesentia tribunos militum circum se habebat, et primorum ordinum centuriones se sequi iubet et, cum propius Ambiorigem accessisset, iussus arma abicere imperatum facit suisque, ut idem faciant, imperat. Interim, dum de condicionibus inter se agunt longiorque ab Ambiorige instituitur sermo, paulatim circumventus interficitur. Tum vero suo more victoriam conclamant atque ululatum¹ tollunt impetuque in nostros facto ordines perturbant. Ibi Lucius Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum. Reliqui se in castra recipiunt, unde erant egressi. Ex quibus Lucius Petrosidius aquilifer, cum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum proiecit, ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Illi aegre ad noctem oppugnationem sustinent; noctu ad unum omnes desperata salute se ipsi interficiunt.

¹shout.

XXI.

The rival centurions (Caes., Bell. Gall., V., 44).

Erant in ea legione fortissimi viri, centuriones qui primis ordinibus adpropinquarent, Titus Pulio et Lucius Vorenius. Hi perpetuas inter se controversias habebant, uter anteferretur, omnibusque annis de locis summis simultatibus¹ contendebant. Ex his Pulio, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, Quid dubitas, inquit, Vorene? aut quem locum² tuae probandae virtutis expectas? hic dies de nostris controversiis iudicabit. Haec cum dixisset, procedit extra munitiones, quaeque pars hostium confertissima est visa, in eam irrumpit. Ne Vorenius quidem sese vallo continet, sed omnium veritus existimationem subsequitur. Mediocri spatio relicto Pulio pilum in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit; quo percusso³ et exanimato,⁴ hunc scutis protegunt, in hostem⁵ tela universi coniciunt neque dant regrediendi facultatem.

¹rivalry. ²opportunity. ³strike. ⁴fainting. ⁵i. e., Pulio.

XXII.

The rival centurions (continued).

Transfigitur scutum Pulioni et verutum¹ in balteo² defigitur. Avertit hic casus vaginam³ et gladium educere conanti dextram moratur manum, impeditumque hostes circumstant. Succurrit inimicus illi Vorenius et laboranti subvenit. Ad hunc se confestim a Pulione omnis multitudo convertit; illum veruto arbitrantur occisum. Gladio comminus⁴ rem gerit Vorenius atque uno interfecto, reliquos paulum propellit; dum cupidius instat, in locum deiectus inferiorem concidit. Huic rursus⁵ circumvento fert subsidium Pulio, atque ambo incolumes compluribus interfectis summā cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit,⁶ ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset, neque diiudicari⁷ posset, uter utri virtute anteferendus videretur.

¹dart. ²belt. ³this accident turns his scabbard aside. ⁴hand to hand. ⁵in turn. ⁶change. ⁷decide.

XXIII.

News conveyed to Caesar from Cicero's camp by a Gallic slave (Caes., Bell. Gall., V., 45).

Quanto erat in dies gravior atque asperior oppugnatio, et maxime quod magnā parte militum confectā vulneribus res ad paucitatem defensorum pervenerat,¹ tanto crebriores litterae nuntique ad Caesarem mittebantur; quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu necabatur. Erat unus intus² Nervius nomine Vertico, loco natus honesto, qui a prima obsidione ad Ciceronem perfugerat suamque ei fidem praestiterat. Hic servo spe libertatis magnisque persuadet praemiis, ut litteras ad Caesarem deferat. Has ille in iaculo illigatas effert et Gallus inter Gallos sine ulla suspitione versatus³ ad Caesarem pervenit. Ab eo de periculis Ciceronis legionisque cognoscitur.

¹the fighting now fell to a few defenders. ²in the camp. ³mingling.

XXIV.

Prompt measures for relief (Caes., Bell. Gall., V., 46).

Caesar acceptis litteris horā circiter undecimā diei statim nuntium ad M. Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab

eo milia passuum viginti quinque; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. Alterum ad Caium Fabium legatum mittit, ut in Atrebatum fines legionem adducat, qua sibi scit iter faciendum. Scribit Labieno,¹ si reipublicae commodo facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Reliquam partem exercitus, quod paulo aberat longius, non putat expectandam; equites circiter quadringentos ex proximis hibernis colligit.

¹So. ut.

XXV.

An "armed council" of the Gauls is summoned (Caes., Bell. Gall., V., 56).

Indutiomārus, ubi intellexit Nervios bellum Romanis parare, neque sibi voluntariorum copias defore, armatum concilium indicit. Hoc more Gallorum est initium belli: quo lege communi omnes puberes¹ armati convenire consueverunt, qui ex iis novissimus² convenit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis, generum suum, quem supra demonstravimus Caesaris secutum fidem³ ab eo non discessisse, hostem iudicat bonaque eius publicat.⁴ His rebus confectis in concilio pronuntiat, arcessitum se compluribus Galliae civitatibus; se iturum per fines Remorum eorumque agros populaturum ac, priusquam id faciat, castra Labieni oppugnaturum. Quae fieri velit, praecipit.

¹adult. ²last. ³fidem sequi, support. ⁴confiscate.

XXVI.

Death of Indutiomarus (Caes., Bell. Gall., V., 58).

Interim Indutiomārus ad castra Romana accedit atque ibi magnam partem diei consumit; equites Gallorum tela coniciunt et magna cum contumelia nostros ad pugnam evocant. Nullo ab nostris dato responso, sub vesperum dispersi ac dissipati discedunt. Subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; praecipit ut territis hostibus atque in fugam coniectis unum omnes peterent Indutiomarum.

XXVII.

Death of Indutiomarus (continued).

Interdicit Caesar ne quis quem prius vulneret, quam Indutiomarus interfectum viderit, quod spatium nactum¹ illum effugere nolebat; magna proponit iis, qui occiderint, praemia; submittit cohortes equitibus subsidio. Probat hominis consilium fortunā, et cum unum omnes peterent, in ipso fluminis vado deprehensus Indutiomarus interficitur caputque eius refertur in castra; redeuntes equites, quos possunt, consecantur atque occidunt. Hac re cognitā omnes, quae convenerant, copiae discedunt, pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.

¹gain time.

XXVIII.

The Treveri stir up war (Caes., Bell. Gall., VI., 2).

Interfecto Indutiomaro, ut docuimus, ad eius propinquos a Treveris imperium defertur. Illi finitimos Germānos sollicitare et pecuniam polliceri non desistunt. Cum ab proximis impetrare non possent, ultiores temptant. Inventis nonnullis civitatibus iure iurando inter se confirmant;¹ Ambiorigem sibi societate et foedere adiungunt. Quibus rebus cognitis Caesar, cum undique bellum parari vidēret, Nervios adiunctis Cisrhenanis omnibus Germānis esse in armis, Senōnes ad imperatum non venire et cum finitimis civitatibus consilia communicare, a Treveris Germanos crebris legationibus sollicitari, maturius sibi de bello cogitandum putavit.

¹give mutual assurances.

XXIX.

Caesar quells the Nervii and summons a council at Paris (Caes., Bell. Gall., VI., 3).

Itaque nondum hieme confectā proximis quattuor coactis legionibus, de improvise in fines Nerviorum contendit et, priusquam illi aut convenire aut profugere possent, magno pecōris atque hominum numero capto atque cā praedā militibus concessā vastatisque agris in deditionem venire atque obsides sibi dare coēgit. Eo celeriter confecto negotio rursus in hiberna legiones reduxit. Concilio Galliae primo vere, ut instituerat, indicto, cum reliqui praeter

Senones, Carnutes Treverosque venissent, initium belli ac defectionis hoc esse arbitratus, ut¹ omnia postponere videretur, concilium Lutetiam Parisiorum transfert. Confines² erant hi Senonibus civitatemque patrum memoriã coniunxerant.³ Hac re pro suggestu⁴ pronuntiatã eodem die cum legionibus in Senones proficiscitur magnisque itineribus eo pervenit.

¹to make it appear that he was postponing the whole matter. ²neighbors. ³made one state with them. ⁴from a platform.

XXX.

Caesar crosses the Rhine a second time (Caes., Bell. Gall., VI., 9).

Caesar, postquam ex Menapiis in Treveros venit, duabus de causis Rhenum transire constituit; quarum una erat, quod auxilia contra se Treveris miserant, altera, ne ad eos Ambiorix receptum¹ haberet. His constitutis rebus paulum supra eum locum, quo ante exercitum traduxerat, facere pontem instituit. Magno militum studio paucis diebus opus efficitur. Firmo in Treveris ad pontem praesidio relicto, ne quis ab his subito motus oreretur, reliquas copias equitatumque traducit. Ubii, qui ante obsides dederant atque in deditionem venerant purgandi sui causã ad eum legatos mittunt, qui doceant neque auxilia ex sua civitate in Treveros missa neque ab se fidem laesam²; petunt atque orant, ut sibi parcat, ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus poenas pendant; si amplius obsidum vellet, dare pollicentur.

¹place of retreat. ²break.

XXXI.

Factions among the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 11).

Quoniam ad hunc locum perventum est, non alienum esse videtur de Galliae Germaniaeque moribus et, quo differant hae nationes inter sese, proponere. In Gallia non solum in omnibus civitatibus atque in omnibus pagis partibusque,¹ sed paene etiam in singulis domibus factiones sunt, earumque factionum principes sunt, quorum ad arbitrium summa omnium rerum redeat.² Ita eius rei causã³ antiquitus⁴ institutum esse videtur, ne quis ex plebe contra potentiorum auxilii egēret: suos enim quisque opprimi et circumveniri non patitur, neque, aliter si faciat, ullam inter suos habet auctoritatem.

¹district. ²to whose arbitrament the final decision of everything comes. ³with this object. ⁴from ancient times.

XXXII.

Rivals for supremacy in Gaul (Caes., Bell. Gall., VI., 12).

Cum Caesar in Galliam venit, alterius factionis principes erant Aedui, alterius Sequāni. Hi¹ cum per se minus valerent, quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis magna²que eorum erant clientelae,³ Germanos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis⁴ pollicitationibusque perduxerant. Proeliis vero compluribus factis secundis atque omni nobilitate Aeduorum interfecta tantum potentiā antecesserant, ut magnam partem clientium ab Aeduis ad se traducerent obsidesque ab iis principum filios acciperent et publice iurare cogerent, nihil se contra Sequanos consilii inituros, et partem finitimi agri per vim occupatam possiderent Galliaeque totius principatum obtinerent.

¹the latter. ²clientship. ³sacrifice.

XXXIII.

Caesar supports the Aedui and Remi (Caes., Bell. Gall., VI., 12).

Necessitate adductus Aedui Divitiacus auxilii petendi causā Romam ad senatum profectus imperfecta re¹ redierat. Adventu Caesaris factā commutatione rerum, obsidibus Aeduis redditis, veteribus clientelis restitutis, novis per Caesarem comparatis, quod hi, qui se ad eorum amicitiam aggregaverant, meliore condicione aequiore imperio se ūti videbant, eorum gratiā dignitateque amplificata, Sequani principatum dimiserant.² In eorum locum Remi successerant; quos quod adaequare apud Caesarem gratiā intellegebatur,³ ii, qui propter veteres inimicitias nullo modo cum Aeduis coniungi poterant, se Remis in clientelam dicabant.⁴ Hos illi diligenter tuebantur: ita et novam auctoritatem tenebant. Eo tum statu res erat, ut longe principes haberentur Aedui, secundum locum dignitatis Remi obtinerent.

¹without gaining his object. ²lose. ³as it was seen that they equalled the Aedui in favor with Caesar. ⁴devoted themselves as clients of the Remi.

XXXIV.

Classes of people among the Gauls. The Druids (Caes., Bell. Gall., VI., 13).

In omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo. Nam plebs paene servorum habetur loco,

quae nihil audeat per se, nulli adhibetur consilio. Plerique, cum aut acre alieno aut magnitudine tributorum aut iniuria potentiorum premuntur, sese in servitatem dicant nobilibus, quibus in hoscadem omnia sunt iura, quae dominis in servos. Sed de his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum. Illi rebus divinis intersunt, sacrificia publica ac privata procurant, religiones interpretantur: ad eos magnus adolescentium numerus disciplinae causâ concurrat, magnoque hi sunt apud eos honore. Nam fere de omnibus controversiis publicis privatisque constituunt, et si quod est admissum facinus, si caedes facta, si de finibus controversia est, iidem decernunt, praemia poenasque constituunt.

XXXV.

The Druids (continued).

Si qui aut privatus aut populus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicitur. Haec poena apud eos est gravissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorum habentur, his omnes decedunt, aditum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur neque honos ullus communicatur. His autem omnibus druidibus praest unus, qui summam inter eos habet auctoritatem. Hoc mox aut, si qui ex reliquis excellit dignitate, succedit, aut, si sunt plures pares, suffragio druidum, nonnunquam etiam armis de principatu contendunt. Hi certo anni tempore in finibus Carnutum, quae regio totius Galliae media habetur, considunt in loco consecrato. Huc omnes undique, qui controversias habent, conveniunt eorumque decretis iudiciisque parent. Disciplina in Britannia reperta atque inde in Galliam translata esse existimatur, et nunc, qui diligentius eam rem cognoscere volunt, plerumque illo discendi causâ proficiscuntur.

XXXVI.

The Druids (continued). (Caes., Bell. Gall., VI., 14).

Druides a bello abesse consueverunt¹ neque tributa unâ cum reliquis pendunt, militiae vacationem omniumque rerum² habent immunitatem. Tantis excitati praemiis et sua sponte multi in disciplinam³ conveniunt et a parentibus propinquisque mittuntur. Magnum ibi

numerum versuum ediscere dicuntur. Itaque annos nonnulli vicanos in disciplina permanent. Neque fas esse existimant ea litteris mandare, cum in reliquis fere rebus, publicis privatisque rationibus, Graecis litteris utantur. Id mihi duabus de causis instituisse videntur, quod neque in vulgum disciplinam efferri velint neque eos, qui discunt, litteris confisos minus memoriae studere (*cultivate*); quod fere plerisque accidit, ut praesidio⁴ litterarum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. In primis hoc volunt persuadere,⁵ non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios, atque hoc⁶ maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto. Multa⁷ praeterea de sideribus atque eorum motu, de mundi⁸ ac terrarum magnitudine, de rerum⁹ natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant et iuventuti tradunt.

¹=consueverunt. ²all public burdens. ³instruction. ⁴help. ⁵hoc persuadere, to impress this belief. ⁶i.e., the doctrine of the transmigration of souls. ⁷multa disputant, they have frequent discussions. ⁸the universe. ⁹the nature of things, i.e., science.

XXXVII.

Religion of the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 16).

Natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus,¹ atque ob eam causam, qui sunt affecti gravioribus morbis quique in proeliis periculisque versantur, aut pro victimis homines immolant aut se immolatuos vovent administrisque ad ea sacrificia druidibus utuntur, quod, pro vita hominis nisi hominis vita reddatur, non posse deorum immortalium numen placari arbitrantur, publiceque eiusdem generis habent instituta sacrificia. Alii immani magnitudine simulacra habent, quorum contexta viminibus membra vivis hominibus complent; quibus succensis circumventi flammam exanimantur homines. Supplicia eorum, qui in furto aut in latrocinio aut aliqua noxia² sint comprehensi, gratiora dis immortalibus esse arbitrantur; sed cum eius generis copia defecit, etiam ad innocentium supplicia descendunt.³

¹religious ceremonies. ²crime. ³they have recourse.

XXXVIII.

The gods of the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 17).

Deum maxime Mercurium colunt; huius sunt plurima simulacra, hunc omnium inventorem artium ferunt, hunc viarum atque itinerum

ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habere vim maximam arbitrantur; post hunc Apollinem¹ et Martem et Iovem et Minervam. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: Apollinem² morbos depellere, Minervam operum³ atque artificiorum initia⁴ tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent; cum superaverunt, animalia capta immolant reliquasque res in unum locum conferunt. Multis in civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis conspicari licet⁵; neque saepe accidit, ut neglectam quispiam religione aut capta apud se occultare aut posita⁶ tollere auderet, gravissimumque ei rei supplicium cum cruciatu constitutum est.

¹supply colunt. ²supply arbitrantur. ³the rudiments of arts and crafts. ⁴teaches. ⁵one may see. ⁶deposited as an offering.

XXXIX.

Marriage and funerals among the Gauls (Caes., Bell. Gall., VI., 19).

Viri in uxores, sicuti in liberos, vitae necisque habent potestatem; et cum pater familiae illustriore loco natus decessit, eius propinqui conveniunt et, de morte si res in suspicionem venit, de uxoribus in servilem modum¹ quaestionem habent et, si compertum est, igni atque omnibus tormentis excruciatas² interficiunt. Funera sunt pro cultu³ Gallorum magnifica et sumptuosa; omniaque, quae vivis cordi fuisse⁴ arbitrantur, in ignem inferunt, etiam animalia, ac paulo supra hanc memoriam⁵ servi et clientes, quos ab iis dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis⁶ unam cremabantur.

¹as with slaves, i.e., by torture. ²agreeing with uxores understood. ³considering the civilisation. ⁴be dear to. ⁵shortly before my time. ⁶after the regular funeral ceremonies were over.

XL.

Laws against gossiping (Caes., Bell. Gall., VI., 20).

Quae civitates commodius¹ suam rem publicam administrare existimantur, habent legibus sanctum,² si quis quid de re publica (*politics*) a finitimis rumore aut fama acceperit, uti ad magistratum deferat neve³ cum quo alio communicet, quod⁴ saepe homines temerarios atque imperitos falsis rumcribus terreri et ad facinus impelli et de summis rebus consilium capere cognitum est. Magistratus, quae visa sunt,⁵ occultant, quaeque esse ex usu iudicaverunt,

multitudini produnt. De re publica nisi per concilium loqui non conceditur.

¹well. ²have a rule laid down by law. ³= et ne. ⁴because; join with cognitum est. ⁵seen; good.

XLI.

The Germans (Caes., Bell. Gall., VI., 21).

Germani multum ab hac consuetudine differunt. Nam neque druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student.¹ Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt et quorum aperte opibus iuvantur, Solem et Vulcanum et Lunam; reliquos ne famam quidem acceperunt. Vita omnis in venationibus atque in studiis militaris consistit²; ab parvulis labori ac duritiae student. Quae diutissime impuberes³ permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem: hoc ali staturam, ali vires nervosque confirmari putant. In fluminibus perluuntur (*bathe*) et pellibus aut parvis renorum⁴ tegimentis utuntur, magna corporis parte nuda.

¹perform. ²is spent. ³unmarried. ⁴reindeer.

XLII.

Land tenure among the Germans (Caes., Bell. Gall., VI., 22).

Agriculturae non student (*practise*) maiorque pars eorum victus in lacte, caseo, carne consistit. Neque quisquam agri modum certum¹ aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque² hominum, qui tum unam coierunt, quantum et quo loco visum est agri, attribuunt atque anno post alio³ transire cogunt. Eius rei multas afferunt causas: ne assidua consuetudine capti⁴ studium belli gerendi agriculturam commutent⁵; ne latos fines parare studeant potentioresque humiliores possessionibus expellant; ne accuratius⁶ ad frigora atque aestus vitandos aedificent; ne qua oriatur pecuniae cupiditas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur; ut animi aequitate plebem contineant, cum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat.

¹fixed. ²clans and families. ³to another spot. ⁴charmed by unbroken custom. ⁵exchange for agriculture. ⁶too carefully.

XLIII.

Warlike habits of the Germans (Caes., Bell. Gall., VI., 23).

Civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium¹ virtutis existimant,

expulsos agris finitimos cedere² neque quemquam prope audere consistere; simul hoc se fore tutiores arbitrantur, repentinae incursionis timore sublato. Cum bellum civitas aut illatum defendit aut infert,³ magistratus, qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deliguntur. In pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt⁴ controversiasque minuunt. Latrocinia nullam habent⁵ infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt, atque ea iuventutis exercendae ac desidia minuendae causam fieri praedicant. Hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab iniuria prohibent, sanctos habent, hisque omnium domus patent victusque communicatur.

¹a characteristic. ²retire. ³make. ⁴decide points of law. ⁵involve.

XLIV.

The Germans and the Gauls contrasted in bravery (Caes., Bell. Gall., VI., 24).

Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum¹ multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt, loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis famam notam esse video, Volcae Tectosages² occupaverunt atque ibi consederunt; quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem. Nunc quod in eadem inopia, egestate, patientia Germani permanent, eodem victu et cultu corporis³ utuntur, Gallis autem provinciarum Romanarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia⁴ multa ad usus largitur,⁵ paulatim assuefacti superari multisque victi proeliis, ne se quidem ipsi⁶ cum illis⁷ virtute comparant.

¹population. ²a Gallic tribe. ³mode of living and bodily training. ⁴knowledge. ⁵bring them many articles for use. ⁶the Gauls. ⁷the Germans.

XLV.

The Hercynian Forest (Caes., Bell. Gall., VI., 25).

Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito¹ patet; non enim aliter finiri² potest,

neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum finibus rectaque fluminis Danuvii regione³ pertinet ad fines Dacorum; hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit; neque quisquam est huius Germaniae, qui se aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter sexaginta processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit; multaque in eā genera ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint: ex quibus quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur, haec⁴ sunt.

¹for a man lightly equipped. ²to be defined. ³in a straight line parallel to the river Danube. ⁴as follows.

XLVI.

One-horned cattle. The elk (Caes., Bell. Gall., VI., 26, 27).

Est bos cervi figurā, cuius a media fronte inter aures unum cornu existit¹ excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus; ab eius summo sicut palmae ramique² late diffunduntur. Eadem est feminae marisque³ natura, eadem forma magnitudoque cornuum. Sunt item, quae appellantur alces.⁴ Harum est consimilis capris figurā et varietas pellium,⁵ sed magnitudine paulo antecedunt mutilaeque sunt cornibus⁶ et crura⁷ sine nodis articulisque habent, neque quietis causā procumbunt neque, si quo afflictæ casu⁸ conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. His sunt⁹ arbores pro cubilibus: ad eas se applicant atque ita paulum modo reclinatae quietem capiunt. Quarum ex vestigiis cum est animadversum a venatoribus, quo se recipere consuerint, omnes eo loco aut ab radicibus subruunt aut accidunt arbores, tantum ut species¹⁰ earum stantium relinquatur. Huc cum se reclinaverunt, infirmas arbores pondere affligunt atque unā ipsae concidunt.

¹rises. ²like branching hands; literally, like hands and branches (hendeads).
³a male. ⁴elk. ⁵a piebald skin. ⁶with blunted horns. ⁷legs. ⁸by any accident.
⁹serve them. ¹⁰appearance.

XLVII.

The primitive ox (Caes., Bell. Gall., VI., 28).

Tertium est genus eorum, qui uri appellantur. Hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie¹ et colore et figura tauri. Magna vis eorum est et magna velocitas, neque hominibus neque

ferae, quam conspexerunt, parcunt. Hos studiose foveis¹ captos interficiunt; hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines et mansueferi² ne parvuli quidem possunt. Amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum boum cornibus differt. Haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

¹in appearance. ²pitfall. ³to be tamed.

XLVIII.

A force left on the Rhine (Caes., Bell. Gall., VI., 29).

Caesar, postquam per Ubios exploratores comperit, Suebos sese in silvas recepisse, inopiam frumenti veritus, quod, ut supra demonstravimus, minime omnes Germani agriculturae student, constituit non progredi longius; sed, ne omnino metum reditus sui barbaris tolleretur atque ut eorum auxilia tardaret, reducto exercitu partem ultimam pontis, quae ripas Ubiorum contingebat, in longitudinem pedum ducentorum rescindit atque in extremo ponte turrim constituit praesidiumque cohortium duodecim pontis tuendi causam ponit magnisque eum locum munitionibus firmat. Eiloco praesidioque Caium Volcatium Tullum adulescentem praefecit.

XLIX.

A Roman hero (Caes., Bell. Gall., VI., 38).

Erat aeger cum praesidio relictus Publius Sextius Baculus, cuius mentionem superioribus proeliis fecimus, ac diem iam quintum cibo caruerat. Hic diffusus suae atque omnium saluti inermis ex tabernaculo prodit; videt imminere hostes atque in summo esse rem discrimine; capit arma a proximis atque in porta consistit. Consequuntur hunc centuriones eius cohortis, quae in statione¹ erat; paulisper unam proelium sustinent. Relinquit animus² Sextium gravibus acceptis vulneribus; aegre servatur. Hoc spatio interposito reliqui sese confirmant³ tantum, ut in munitionibus consistere audeant speciemque defensorum praebeant.

¹on guard. ²consciousness. ³take courage.

L.

Caesar returns in safety (Caes., Bell. Gall., VI., 41).

Germani desperatā expugnatione castrorum, quod nostros iam constitisse in muntionibus videbant, cum eā praedā, quam in silvis deposuerant, trans Rhenum sese receperunt. Ac tantus fuit etiam post discessum hostium terror, ut ea nocte, cum Caius Volusenus missus cum equitatu ad castra venisset, fidem non faceret¹ adesse cum incolumi Caesarem exercitu. Sic omnino animos timor praecoccupaverat, ut paene alienatā mente deletis omnibus copiis equitatum se ex fuga recepisse dicerent neque incolumi exercitu² Germanos castra oppugnatos fuisse contenderent. Quem timorem Caesaris adventus sustulit.

¹gain credence. ²if the army were safe.

LI.

Ambiorix baffles pursuit (Caes., Bell. Gall., VI., 43).

Caesar rursus ad vexandos hostes profectus magno coacto numero ex finitimis civitatibus eos in omnes partes dimittit. Omnes vici atque omnia aedificia, quae quisque conspexerat, incendebantur; praeda ex omnibus locis agebatur; frumenta non solum a tanta multitudine iumentorum atque hominum consumebantur, sed etiam anni tempore atque imbribus procubuerant,¹ ut, si qui etiam in praesentia se occultassent, tamen his deducto exercitu rerum omnium inopiā pereundum videretur. Ac saepe in eum locum² ventum est tanto in omnes partes diviso³ equitatu, ut Ambiorigem circumspicerent captivi⁴ nec plane etiam abiisse ex conspectu contenderent, ut⁵ qui se summam ab Caesare gratiam inituros putarent, paene naturam studio vincerent, semperque paulum⁶ ad summam felicitatem⁷ defuisse videretur, atque ille latebris aut saltibus se eriperet et alias regiones partesque peteret non maiore equitum praesidio quam quattuor, quibus solis vitam suam committere audebat.

¹lodge (of corn). ²to such a pass. ³distribute. ⁴the men taken were looking about for A. ⁵so that. ⁶only a little. ⁷i.e., capturing A.

